



Libellus brevis et utilis de coena Domini editus

<https://hdl.handle.net/1874/422183>

^q
LIBELLVS
BREVIS ET VTLIS
DE COENA DOMINI
EDITVS
AVTORE M. NICOLAO
SELNECCERO.



IOANN. XVII.

Pater, sanctifica eos in ueritate tua , sermo
tuus est ueritas.

LIPSIAE.

ANNO M. D. LXI.

27.13.91.1

BRITTON T. G. 1906

THE HOGS IN KENYA

BY J. R. BRITTON

WITH ILLUSTRATIONS

AND A MAP

BY C. W. DODD

PRINTED FOR THE AUTHOR

AT THE UNIVERSITY PRESS OF NAIROBI

KENYA COLONIAL OFFICES

1906. PAPERBACK. 10/-

C

IN EXPLICATIONE
VERBORVM INSTITV-
tionis, de his agitur.

- 1 De transsubstantiatione.
- 2 De uocabulis , symboli , signi , figuræ, typi, antitypi.
- 3 De typo.
- 4 De uero intellectu uerborum cœnæ.
- 5 Confirmationes τοῦ φύτοῦ in uerbis cœnæ.
- 6 De propositione, Panis est corpus Christi , Vinum est sanguis Christi.
- 7 De synecdoche.
- 8 De prædicatione : Hoc est corpus meum.
- 9 De uocibus, In, Sub, Cum.
- 10 De aduerbijs, Vere, corporaliter, substantialiter, realiter.
- 11 De uocabulo, κοινωνία apud Paulum.
- 12 Interpretationes uerborum institutionis a Sacramentarijs prolatæ.

A ij De

II.

DE PRÆSENTIA CHRIS-
TI IN COENA.

- 1 Quid sit præsentia.
- 2 Quæ sit cauſa efficiens præsen-
tia.
- 3 Quomodo præsens sit, cum pro-
prietas naturarum sit retinenda, et cor-
pus Christi in loco sit.
- 4 Ad quid præsens sit.

III.

DE MANDUCATIONE.

- 1 Quomodo intelligatur mandu-
catio.
- 2 Quotūplex sit manducatio.
- 3 De manducaſione indignorum.
- 4 Fructus manducaſionis.

Sim-

SIMPLEX ET VERA DOCTRINA DE COENA DOMINI.



N TOT ET TA N^e
tis disputationum la
byrinthis de Cœna
Domini, tria potiss.
deprehenduntur, in
quibus sententiarum
uarietas & distractio
consistit. PRIMVM est, de intelle-
ctu uerborum institutionis. SE-
CVNDVM, de præsentia corporis &
sanguinis Christi. TERTIVM,
de manduca^{tione}.

DE VERBIS INSTI^T TUTIONIS.

V Erba Institutionis sunt: Ac-
cipite, edite, bibite: Hoc est cor-
pus meum: Hic est sanguis meus. At-
que hæc uerba debent esse fundamen-
tum, & principium totius doctrinæ,
& omnium disputationum de Cœna,

A 3 quod

quod qui habet, uere dimidium totius
habet, ut in proverbio dici solet.

Excluduntur autem ex uerbis insi-
tutionis duo statim errores, uidelicet,
μεταστάσις, quam olim *μεταποίησις*,
transformationem, & transelementa-
tionem, postea transubstantiationem
uocarunt: & typus seu tropus, seu al-
legoria sine præsentia & manducati-
one ueri corporis, & sanguinis Christi.

I.

DE TRANSSVBSTAN^TATIONE.

TRANSUBSTANTIATIONEM uo-
carunt, mutationem, & conuersi-
onem substantiæ panis in corpus Chri-
sti, & conuersionem substantiæ uini
in substantiam sanguinis Christi, sicut
in nuptijs in Cana Galileæ aqua in ui-
num conuersa fuit. Sic igitur quidam
statuerunt panem consecratum muta-
ri in substantiam corporis, ita ut præ-
ter accidentia nihil remaneat de sub-
stantia panis &c. Hæc opinio nullius
momenti

momenti est : Et de ea hodie inter illos
qui de cœna Domini disputationes
mouent, non est controuersia. Vtricq;
enim parti, ut ita dicam, iamdudum
notum est, transubstantiationem lo-
cum habere nunquam posse, cum D.
Paulus ante & post recitationem uer-
borum cœnæ, seu μετὰ ἀγιασμὸν no-
minet panem, & calicem, i. Cor. 10. Po-
culum benedictionis, cui benedici-
mus, nonne κοινωνία seu commu-
nicatio, partitio, seu distributio san-
guinis Christi est ? Et panis quem fran-
gimus, nonne communicatio corporis
Christi est ?

Non dicit Paulus, poculum seu ui-
num ita mutatur & conuertitur in san-
guinem Christi, ut uinum non amplius
sit uinum, uel, ut panis mutetur
in naturam & substantiam corporis
Christi. Sed nominat poculum & panē
κοινωνίαν sanguinis, & corporis Chri-
sti, id est, poculum est illud uelut me-
dium, quo nobis cōmunicatur, distri-
buitur, & appropriatur sanguis Chri-
sti, & manducatio panis communicat

A 4 nobis

nobiscum corpus Christi.

Et sic Irenæus allegans uerba Pauli
(Deus uocat id, quod non est, ut sit)
inquit: Panis dum est in terra, & susci-
pit uocationem Dei (uidelicet, cum
Christus dicit, Hoc est corpus meum)
non est amplius vulgaris panis, sed est
eucharistia ex duabus rebus, nempe,
ex terreno quodam, et ex cœlesti. Ter-
renum, est panis. Cœleste est corpus
Christi. Sic & corpora nostra echaris-
tiam percipientia, iam non sunt cor-
ruptibilia, sed perpetua, & spem resur-
rectionis uiuam habent &c.

II.

D E V O C A B U L I S,
SYMBOLI, SIGNI, FIGVRAE,
quibus ueteres interdum
usi sunt.

M Anifestum est, scriptores ecclæ-
siasticos usos esse appellationi-
bus symbolorum, typorum, & signo-
rum, non ad negandam præsentiam
& man-

& manducationem ueri corporis &
sanguinis Christi, sed ad refutandam
opinionem de transubstantiatione.

Et sic Theodoreetus saepe loquitur.
ut dial. x. fol. 7. Deus symbola conspi-
cua honorauit appellatione corporis,
& sanguinis, non mutans naturam,
 $\tau\delta\varphi\sigma\tau\mu\delta\mu\tau\alpha\beta\alpha\lambda\omega\nu$, sed gratiam
naturae apponens. Et dial. 6. fol. 37.
Sacramentalia symbola sunt signa seu
testimonia seu symbola corporis &
sanguinis Dominici re uera existentis,
 $\tau\delta\vartheta\tau\tau\omega\varsigma$. Et paulo post: panis est pa-
nis, uinum est uinum ante consecrati-
onem: post consecrationem uero non
simpliciter panis est panis, sed prædico
de pane, quod sit corpus Christi, & de
uino, quod sit sanguis Christi. Et cre-
do me manducare seu accipere corpus
& sanguinem Christi. Et iterum: Post
consecrationem $\mu\nu\sigma\kappa\kappa\sigma\bar{\nu}\mu\beta\omega\lambda\omega$, sacra
mentalia symbola non amittunt suam
naturam, sed manent in priore sub-
stantia, figura, & forma, & conspici &
tangi possunt, sicut & ante consecrati-
onem. Intelliguntur autem qualia fa-

Etia sunt, & creduntur, καὶ προσκυνάται,
adorant, seu ueneratione digna colun-
tur, tanquam talia, qualia creduntur.

Et hoc modo Augustinus, & alij pa-
tres usi sunt appellationibus signi & fi-
gurae, non ut tollant ueram præsentia-
m, sed ut testentur, se sine transsub-
stantiatione agnoscere in Eucharistia
duas res, elementa panis & uini, & de-
inde corpus, & sanguinem Christi. Et
cum appellationibus istis signorum &
figurarum utuntur, manifestum est,
illos tantum de una parte loqui, uide-
licet, de externo & uisibili elemento,
seu signo, quod est panis, & uinum,
non de Sacramento. Hoc uerissimum
esse omnes sani testantur, nec dissimile
ostendi usquam potest.

Et hic utilis & uera est distinctio,
quædā signa esse tantum significativa,
ut uellus Gedeonis, et multi alij typi
in ueteri Testamento: quædam esse si-
gna exhibitiua, quæ res, quarum sunt
signa, coniunctas habent, & exhibit,
ut columba fuit symbolum Spiritus
sancti. Panis est symbolum corporis
Christi

Christi. Vinū est signū sanguinis Christi. Et hoc pertinet duę sententię, obseruatione & consideratione dignissimae. Prior est Hilarij hæc: Corpus Christi, quo in altari participamus, figura est, quatenus panis, & uinum exterioribus apparent sensibus. Veritas autem est, quatenus corpus, & sanguis in ueritate cordis creditur. Posterior est Augustini: Christi corpus & ueritas & figura est. Veritas quidem in quantum uirtute Spiritus sancti ex substantia panis & uini corpus efficitur. Figura uero est illud, q̄ exterioribus sensib. subiacet. Sic nonnulli nominarunt αὐτίτυπον, ut Theodoreetus, Macarius, & alij, q̄ exemplar similis formæ significat. Epigramma uetus est: καὶ λίθος αὐτίτυπω μέρμηλη πυρσοτόνος. Vnde cognosci potest, hoc uocabulū in articulo cœnē Dominicę usurpatum fuisse ad ostendendum duas res in eucharistia esse, corpus seu substantiā panis, quæ externo uisui, & tactui subiacet, & corpus Christi, hoc est, uisibile & inuisibile, terrenum, & cœleste. Nominarunt

narunt enim corpora mathematica,
quæ reuera quidem sunt corpora, &
tamen tactui non sunt subiecta, $\alpha\pi\tau\iota=\tau\nu\pi\alpha$, respectu corporum physicorum
quæ externo tactu compræhendi pos-
sunt. Ideo Grammatici sic enarrarūt
hoc uocabulum: τί τὸ δῖν, ὅτι δῖ μην
ἢ φανεροῖ δὲ οὐ λέγομεν ὅτι τὸ αὐτίτυπον.
Quicquid autem de hoc, & de alijs si-
milibus uocabulī statuatur, certe hæc
ut diximus, omnia tantum eō perti-
nent, ut remota transubstantiatione
duæ res in eucharistia, elementum pa-
nis & uini, & corpus & sanguis Christi
agnoscantur.

In hanc sententiam cum panis no-
minatur symbolum, typus, signum, &
figura corporis Christi, iniuria fit scri-
ptoribus ecclesiasticis, cum propterea
accusantur, & exploduntur: quia non
negarunt præsentiam ueri corporis et
sanguinis Christi, sed appellations il-
las opposuerunt errori de transsub-
stantiatione.

Est autem hæc admonitio addenda.
Cum hodie pleriq; easdem appellatio-
nes

nes ad negandam præsentiam, et man-
dationem ueri corporis & sangu-
nis Christi usurpent, contra sententi-
am piorum scriptorum, omnino meli-
us est, omittere illas appellationes, quā
harum usurpatione ansam præbere
profanis disputationib. Periculosem
enim & scrupulosum est dicere, panis
est signum corporis, non quod phrasis
per se falsa sit, sed propter illos, qui statim
audita eiusmodi formula inde absenti-
am corporis colligere conantur. Ψυχαῖς
ναὶ βεβηλοῖς ὅδηγί τῷ καλῶμεν ἀξιότωτοι.

III.

DE T Y P O , E T R V R, S V S D E S Y M B O L I S .

T Ypum uocarunt, repræsentatio-
nem corporis absentis. Quod au-
tem typus habere locum in hac mate-
ria de cœna Domini minime possit,
caussa est ipsa institutio, seu, uerba in-
stitutionis, quæ simpliciter, & uere
sunt ὀρισμέ, hoc est, rem definiunt,
& exhibent, ita ut necesse sit, id sim-
pliciter intelligi, & religiosa fidei assen-
sione

sione comprehendendi, quod dicitur.

Nullo etiam modo cauſa ostendi uera potest, cur typus hoc modo, quo Sacramentarij accipiunt, intelligendus sit, cum uerba institutionis a Filio Dei relata & pronuntiata non minus credenda sint, quam ea, quæ Christum incarnatum, passum, crucifixum, mortuum esse, resurrexisse, ascendisse ad cœlos, & sedere ad dexteram Patris affirmant.

Nec alia ratio reddi debet, niſi quod a Filio Dei uerba illa dicta sint, qui cum ipsa ueritas sit, mentiri nescit.

Et hæc cauſa est, cur multi ex scriptoribus ecclesiasticis reiecerint formulæ symbolorum, & typorum, tantum ideo, ne dubitatio de præsentia, & manducaſione ueri corporis & ſanguinis Christi incideret.

Damascenus lib. 4. cap. 14. ſic inquit: ὅτι ἐσι τύπος ὁ ἔγειρος ὃς ὁ θίνως τὸ σώματος καὶ αἷματος τὸ χεισό. μὴ γένοτο. ἀλλ' αὐτῷ τὸ σῶμα τὸ κυρίος τεθεωμένον, ἐντὸ τὸ κυρίος ἀπόντος: τὸτο μὲν ἐστι, τὸν

τύπος τὸ σῶματος, ἀλλὰ τὸ σῶμα, καὶ τὸ
τύπος τὸ ἄιματος ἀλλὰ τὸ ἄιμα.

Idem ibidem: ἵρωτᾶς πῶς ὁ ἄρτος
κίνεται σῶμα χεισθῆναι, καὶ ὁ οἶνος ἀἷμα χει-
σθῆναι; λέγω σοι λαζαγγά. τὸν εὐμάρτυρον ἐπιφοι-
τεῖ, καὶ τῶν ταῦτα ποιῶν τὰ ἔτερα λόγοι τῷ θεῷ
νοισιν. ἄρτος δὲ οἶνος προσλαμβάνεται.
Id est: Non est typus panis & uinum
corporis & sanguinis Christi, sed ip-
sum corpus Domini deificatum seu
glorificatum, seu diuinæ naturæ uni-
tum, dicente Domino: Hoc est non
typus corporis, non typus sanguis,
sed sanguis.

Idem: Quæris, quomodo panis sit
corpus Christi, & uinum sit sanguis
Christi? Dico tibi Spiritus sanctus ob-
ambulat, & facit hæc supra rationem
& intellectum &c.

Theophylactus, quem Bulgarium
nominant, in Matthæum sic inquit:
Ἐγέρθη ἡ πτερόντος δια σύμβολον, ἀλλὰ τὸ
τὸ μετόπετον τὸ σῶμα διακτικῶς, ἵνα μὴ νομίσῃ
τὸ τύπον αὐτὸν τὰ φανόμενα. Id est, Non
dixit, hoc est symbolum, sed hoc est
corpus

corpus meum , demonstratiue , ne quis
putet ea , quæ cernuntur , typum esse .

Idem in 14. cap. Marci inquit : Hoc
est corpus meum , hoc inquam , quod
sumitis . Non enim figura tantum &
exemplar quoddam Dominici corpo-
ris panis est . Sed quomodo inquis , non
uidetur caro ? Hoc fit propter nostram
infirmitatem , ne abhorreamus .

Et similes loci passim in Theophi-
lacto occurruunt , quos omnes recense-
re nimis longum est .

Etsi autem Damascenus & Theo-
philactus uestigia transsubstanciatio-
nis satis crassa habent , tamen utile est
propter historiam , scire , scriptores non
esse inter se unanimes in usurpandis
uocabulis signorum , typorum , & figu-
rarum , atq[ue] ideo melius esse , plane ab-
stinere ab usu horum uocabulorum ,
quam horum usurpatione imitari pa-
tres , qui inter se ipsis nondum conser-
tiunt .

Et semper nobis in conspectu esse
debet regula omnibus p[ro]ijs nota et pro-
bata : Omnia dicta patrum non sunt ,
nec

nec debent esse fundamenta ullius articuli Christianæ religionis, sed cum ex manifesto uerbo Dei de caufsa constat, sunt illa accipienda ut rem illustrant, si cum hac modo congruunt, non ut eam in hanc, uel in aliam sententiam diducant.

III.

DE SIMPLICI, P I O,
ET VERO INTELLECTV VERBO-
rum institutionis.

C Vm dictum sit, uerbis institutionis excludi transubstantiationē, et typum negantē presentiā & mandationem ueri corporis, & sanguinis Christi, nunc uerba ipsa considerabimus, quæ ab Euangelistis sic describuntur.

| | | |
|---|--|--|
| Matth. 26. | Marci 14. | Lucæ 22. |
| Vescientib. eis, acepit Iesus pa- nem, & cum egisset gratias, fregit, deditq; | Vescientibus il- lis, sumto pane Iesus cum bene dixisset, fregit, & dedit illis, | Accepto pane, cum gratias ex- gisset, fregit, ac dedit eis dices: Hoc est corpus |
| | | B meum, |

discipulis, &
ait: Accipite,
comedite. Hoc
est corpus me-
um.

& ait: Acci-
pite, Comedi-
te, Hoc est cor-
pus meum.

meum, Quod
pro uobis tra-
ditur. Hoc faci-
te in mei re-
cordationem.

Et accepto po-
culo, cum gra-
tias egisset, di-
xit, Bibite ex
hoc omnes. Hic
est n. sanguis
meus noui Te-
stamenti, qui
pro multis ef-
funditur in re-
missionem pec-
catorum.

Et accepto po-
culo, cum gra-
tias egisset, de-
dit eis: & bi-
berunt ex eo om-
nes. Et dixit il-
lis: Hic est san-
guis meus noui
Testamenti, qui
pro multis effu-
ditur.

Similiter &
poculum, post
quam cœnauit,
dicens: Hoc po-
culum Nouum
Testamentum in
meo sanguine,
qui pro uobis
effunditur.

Hæc consonantia uerborum insti-
tutionis ab Euangelistis recitatorum,
iucunda & firma est, aduersus omnes
alienas interpretationes. Matthæus
octavo anno post ascensionem Chri-
sti, Marcus decimo, Lucas decimo
quinto institutionem cœnæ Domini-
cæ descripserunt. Et accedit mira con-
sonantia Pauli Apostoli, qui círciter
annum Domini 54 eandem instituti-
onem

onem fjsdem uerbis repetit.

Sententia horum uerborum est hec,
quæ in catechismo breuiter & eruditè
sic traditur. Sacramentum Altaris est
uerum corpus, & uerus sanguis Domi-
ni nostri Iesu Christi, sub pane & ui-
no, nobis Christianis ad manducan-
dum, & bibendum, ab ipso Christo in-
stitutum.

Retinetur ergo proprietas uerbo-
rum, uidelicet, quod uerba institutio-
nis ita, ut Filius Dei ipse ea pronunti-
auit, accipienda, intelligenda, & cre-
dēda sint. Et hic statim obseruent om-
nes pīj, & recte sentientes, hanc quasi
regulam longa experientia confirma-
tam: Si a proprietate uerborum insti-
tutionis disceditur, nunquam potest
certa aliqua sententia de articulo cœ-
næ colligi, & nunquam conscientia po-
test esse certa, & tranquilla, id quod ex
dissentienti diuersitate interpretatio-
num, & ex consutis argumentis sacra-
mentariorum manifestum est.

v.

B 2 Confir-

CONFIRMATIONES

τοῦ ἡγεμόνος IN VERBIS COENAE DOMINI-
nicæ.

PRIMA, Proprietas uerborum reti-
nenda est, nisi aliqua manifesta absur-
ditas assit, quæ impingat in manife-
stum scripturæ locum, uel in aliquem
articulum fidei: quod si fit, decurren-
dum demum est ad figuræ, & quæren-
da est concinna & simplex interpreta-
tio. Proprietas uerborum seu τὸ φύτον
in uerbis cœnæ cum nullo articulo
Christianæ doctrinæ pugnat.

Ergo non est quærenda alia διάροια,
nisi quam pariunt ipsa uerba instituti-
onis.

Quod autem Sacramentarij mino-
rem negantes, obijciunt ascensionem
Christi ad cœlos, sessionem Christi ad
dexteram Patris, proprietates corpo-
ris humani, & alia quædam, cum qui-
bus assuerant pugnare τὸ φύτον in uer-
bis cœnæ, de his paulo post dicetur, et
proprietatem uerborum cœnæ cum
nullo

nullo articulo doctrinæ pugnare ostē-
detur.

Est & hęc regula hoc loco tenenda:
Nunquam discedendum est a uerbis
scripturæ, cum absurditas tantum in
iudicium rationis impingit. Item: De
Deo, & de rebus diuinis non sunt fin-
gendę opiniones ex nostris imaginati-
onib. sed sentiendum est de Deo, sic-
ut ipse sese in suo uerbo patefecit.
Item, In Deo non sunt contradic-
toria voluntates.

S E C V N D A, Summum certitudinis
κείτησιον ueræ sententiaæ in dictis pro-
pheticis, & Apostolicis, est consensus
testimoniorum scripturæ.

Tres Euangelistæ, & Apostolus
Paulus de cœna Domini eadem uer-
ba tanto consensu scripserunt, perinde
ac si alter in alterius uerba iurasset.

Est igitur hic consensus testimonio-
rum anteferendus omnibus speciosis
cauillationibus, quæ contra *ζητήσιον* af-
feruntur.

Quod autem Sacramentarij disso-
nantiam Euangelistarum monstrare

conantur, non indiget ulla responsione. Multum enim interest, utrum uerba uarie efferantur eodem sensu, an uero uariatis uerborum flexionibus sententia mutetur.

TERTIA, Certum est, uerum corpus Christi pro nobis traditum esse, & non panem.

Christus iubet discipulos ore accipere id, quod pro nobis traditum est.

Ergo non tantum panis in coena exhibetur, sed uerum corpus Christi.

QUARTA, Indigne sumentes coenam Domini, immedieate uiolant & contrectant corpus Christi, & ut Cyprianus in 5 concione de lapsis inquit, uim inferunt corpori & sanguini Christi.

Ergo indigne sumentes non solum elementa, sed uere corpus & sanguinem Christi accipiunt.

Et de indignorum manducatione infra dicemus. Ac sufficient nunc nobis haec pauca, & puerilia argumenta, quibus obtinetur certe nostra haec sententia, a proprietate uerborum nativa disce-

discedendum non esse, & sient hæc plañiora paulo post ex uerbis Apostoli Pauli. Nec est opus plurium argumentorum congerie, cum illud uetus uerbum uerissimum sit: **Bona cauſſa indiget tribus uerbis.** Et cum Filius Dei aperte & perspicue Ecclesiam de cœna sua docuerit, memores simus uocis eius: **Oues meæ uocem meam audiunt.** Et 1. Ioh. 5. Si testimonium hominum accipimus, Dei testimonium maius est. Item, **Qui non est mecum, desperrit.**

VI.

DE PROPOSITIONE:

PANIS EST CORPVS CHRISTI.

Vinum est sanguis Christi.

CVm de proprietate uerborum dictum sit, quæri solet, an hæc forma loquendi uera sit: Panis est uerum corpus Christi: Vinum est uerus sanguis Christi.

Est autem simplicissima & dexteratima responsio hæc: Forma loquendi

B 4 optima

optima illa est, qua ipse filius Dei in institutione, & deinde Apostoli in repetitione eiusdem doctrinæ usi sunt. Hanc regulam ne diaboli quidem negare possunt.

Christus dicit porrigens panem: Hoc, quod uobis do, & q[uo]d accipitis, est corpus meum. Et Paulus inquit: Panis quem in cœna frangimus, est communicatio corporis Christi.

Ergo certum est, illum modū, quo filius Dei usus est, præcipue usurpandum, retinendum, & defendendum esse. Ille autem modus eiusmodi est: Hoc est corpus meum. Quid autem intelligit per ὁμοίωσιν? Certe non corpus suum, sed antecedens, quod est ὁ ἀρτός. Sciunt enim etiam pueri, ὁμοίωσις, hoc in loco τεχνικῶς, ut uocant, & materialiter sumi, sicut cum quæro, Quid est hoc? & respōdetur, esse lychnum, ollam, mēsam, cantharum, auem. Et inde uera & recta formula: Hoc est olla, hoc est mensa &c. uidelicet, cum ipsa materia intelligitur, ut cum Adam de Eua ait: Hoc, uidelicet, hęc mulier, τὸν τὸτέσι,

$\gamma\omega\eta$, est os ex ossibus meis. Et sic filius Dei hoc in loco loquitur, accipiens panem, frangens, & dans discipulis inquit, $\tau\delta\tau\delta\ \varepsilon\iota\ \varphi\ \sigma\omega\mu\alpha\ \mu\sigma$, Hoc, id est, hic panis est corpus meum. Hoc, quod do. Dat autem panem. Ergo hic panis est corpus Christi.

Hanc propositionem quicunq^z reijciunt, quicquid faciant, reijciunt certe uerba Christi in institutione.

Sed dicunt Christus non dixit, Hic panis est corpus meum. Vinum est sanguis meus.

Respondeo. Qui usurpant hanc obiectionē, illi aut nondum loqui dicserunt, $\kappa\omega\ \nu\pi\iota\omega\ \alpha\sigma\mu\mu$, aut melius loqui se posse putant, quā ipse filius Dei locutus est, qui sic inquit $\tau\delta\tau\delta\ \varepsilon\iota\ \varphi\ \sigma\omega\mu\alpha\ \mu\sigma$. Hoc est corpus meum. Das ist mein leib. Quid autem est illud $\tau\delta\tau\delta$, Hoc, Das? Respondent, Corpus est, nam $\tau\delta\tau\delta\ \&\ \sigma\omega\mu\alpha$ in genere conueniunt, sicut miser Grammaticus Carolostadius dixerat. Sic ergo iuxta istorum grammaticorum iudicium, uerba ordinanda erunt, $\tau\delta\tau\delta\ \sigma\omega\mu\alpha\ \mu\sigma\ \varepsilon\iota\iota$. Hoc

corpus est meum, Der leib ist mein. Et non dicendum est, Hoc est corpus meum, Das ist mein leib. Nec enim germanica lingua fert dici, Das leib. At hæc fruola uere sunt, & indigna, quæ trahentur.

Manifestum est autem omnibus, non modo illis, qui recte sentiunt, uerum etiam alijs, qui loqui tantum possunt, has propositiones æquivalentes, unas, & easdem esse.

1 Hoc est corpus meum.

Hic panis est corpus Christi.

2 Hic est sanguis meus.

Vinum est sanguis Christi.

Ratio manifesta est hæc, quia ~~τόνος~~ materiam seu elementum significat, ut delicit panem, & ratio dissimilitudinis in his propositionibus nulla a quoqua ostensa est, nec unqs ostendi potest. Quod enim quæso potest esse discri-
men, inter, ~~τόνος~~, & inter panem? Hoc est corpus meum. Quid autem est il-
lud, Hoc? Certe panis, quem dat, & de quo dicit, Hoc est corpus meum.

Hic tandem tragicæ uoces oriuntur.

tur. Ergo, clamitant, transsubstantia-
tio ponitur.

Respondemus primum, Deleant
isti uerba Christi filij Dei, & cum eo ex
postulent de phrasí, qui cum ita locu-
tus sit, cur nos pudeat retinere eundem
modum loquendi? Deinde nequaç
transubstantiatio conceditur, cum
notum sit, etiam uernaculum morem
loquendi in omnib. linguis esse hunc,
ut res, quæ datur, & quæ precipua est,
etiamsi in alio continentur sit, nomen &
sermonem præbeat, ut cum dicitur,
Epotus calix, & cum uinum dari dici-
tur simul dato cantharo.

Hæc responsio uera & euidentis est.
Fieri autem solet, ut Sacramentarij
omisso primo membro, uidelicet, q
ipse filius Dei ita locutus sit, arripiant
alterum membrum, uociferantes, sy-
necdochen manifeste poni, atq ideo
proprietatem uerborum non retineri.
De hac igitur synecdoche breuis ad-
monitio addenda est.

De Sy.

DE SYNECDOCHE.

PRimum sciendum est, aliā esse quæstionem de singulis uocabulis in propositione, an habeant significationem propriam, uel figuratam: Et aliā esse quæstionem de integra propositione, qualis nempe sit prædicatio in illis mysterijs, quæ non naturali, sed supernaturali, & cœlesti modo fiunt. Ut cum dicitur, Hic homo Christus est Deus. Hic duplex est quæstio, una de singulis uocabulis, de quibus uerum est, quod & homo, & Deus sine tropo retineant propriam suam significacionem: altera est de prædicatione. Hanc alij inusitatam, Lutherus synecdochē uocat, eo quod homo & Deus unam personam in duabus naturis, diuīna & humana significant.

Sic cum dicitur, Panis est corpus Christi, duæ sunt quæstiones. Una de singulis uocabulis: altera de modo prædicationis. Quod attinet ad singula uocabula,

vocabula, tropus nullus est, sed pro-
pria significatio panis & corporis, reti-
nenda est. Quod uero attinet ad mo-
dum prædicationis, alijs inusitatā præ-
dicationem nominarunt, Lutherus
synecdochen uocat propter pontifici-
os, & propter Sacramentarios. Sub-
stantia panis tollitur a Pontificijs. Sub-
stantia corporis tollitur a Sacra-
mentarijs. Cum autem utrumq; iuxta uer-
ba institutionis retinendum sit, & eu-
charistia constet duabus rebus, terre-
na & cœlesti, ut Irenæus loquitur, ita,
ut substantia panis sit et maneat panis,
& substantia corporis uere assit, & ex-
hibeatur, Lutherus synecdochen no-
minauit, quia cum illis rebus, quæ ui-
dentur, pane, & uino, uere & substan-
tialiter assunt, & exhibentur corpus
& sanguis Christi, licet inuisibiliter.

VIII.

QVALIS SIT PROPO-
SITIO, ET PRAEDICATIO: HOC
est corpus meum.

Cum

CVm dictum sit, propositionem
Chanc: Hoc est corpus meum, a
Luthero uocari synecdochicam, sta-
tim inde Sacramentarij colligere co-
natur, tropum subesse, & figurata m
prædicationem dici debere, nec pro-
prietatem uerborum retineri posse.
Dictum est autem, quatenus synecdo-
che locum habeat, non ratione singu-
lorum uocabulorum, quorum signifi-
catio propria & eidens retinenda est,
sed ratione prædicationis ad refutan-
dam transsubstantiationem. In alijs fi-
guratis propositionibus prædicata ab-
sentiunt propriam suam significationē,
& induunt nouam & metaphoricam,
ut Herodes est uulps, Tyrannus est
lupus. Ego sum uitis, uos palmites. Pa-
ter meus est agricola &c. In hac uero
propositione, Hoc est corpus meum,
prædicatum non amittit suam natuā
& propriam significationem, sed om-
nino est in prædicamento substantiæ,
quia expresse dicitur: Corpus meum,
quod pro uobis traditur. Tropicum
uero, figuratum, uel phantasticum cor
pus

pus pro nobis certe traditum non est,
nisi cum Manichæis, & Marcione in-
sanire uelimus. Panis ergo subiectum
uisibile est, & retinet suam significati-
onem propriam. Corpus est prædica-
tum, significans illam substantiam, que
pro nobis in cruce tradita est. Copula,
est, significat talem unionem subiecti
& prædicati, quod cum rebus uisibili-
bus, pane & uino, uere & substantia-
liter assint, & exhibeantur corpus &
sanguis Christi.

Hæc ratio prædicationis peculiaris
est, quam nominant inuisitatem. Lu-
therus synecdochen uocat, non quod
figurata phrasis sit, aut quod tropicum
corpus intelligatur, sed ut ostendatur,
cum rebus uisibilibus uere & substan-
tialiter adesse & exhiberi inuisibiliter
corpus & sanguinem Christi.

At inquiunt: Ergo synecdoche non
est figura, aut tropus? Respondemus.
Sit sane figura in alijs materijs, tamen
hoc etiam notum est, nullam esse om-
nium figurarum, quæ proprietatem
vernaculi sermonis in omnibus lin-
guis

guis ita retineat, ac est synecdoche, ita,
ut fere nomen figuræ amittat. Si qui
hæc contentiosius exagitant, his re-
spondemus uerba Cyrilli usurpantes,
Deum naturæ rerum non subiacere,
nec alligatum esse regulis Dialecticis,
aut in natura rerum ordinatis, quoties
in extraordinarijs actionib. uersatur.

Quod si nimis exaggeratur a Sa-
cramentarijs hæc synecdoche, malunt
omnes pīj & recte sentientes non usur-
pare uocabulum *συνεκδοχῆς*, quam
corpus absens & figuratum admittere,
sicut Lutherus sape faciendum esse
suasit.

Est autem & hoc addendum, cum
dicitur, hanc prædicationem, Hoc est
corpus meum, esse inusitatam, nequa-
quam intelligi talem omnino, qualis
est hæc: Verbum caro factum est.
Oportet enim præsentiam corporis &
sanguinis Christi, quam Christus ipse
pani & uino attribuit, in infinitum
discernere ab inusitata prædicatione,
de qua Iohannes loquitur, ubi significa-
tur personalis & *καρκαλλική* unio, ut
eccllesia

ecclesia omnium temporum locuta
est, & alibi pie, & erudite explicatur.
De unione enim personali non dicitur,
cum illo homine adest Deus: De sacra
mental i uero unione, quam ueram &
substantialem præsentiam uocamus,
commode ita dicitur.

IX.

DE PARTICVLIS, IN,
SVB, ET CVM.

Si Emper sit in conspectu regula su-
pra posita: De cœna Domini meli-
us loqui non possumus, quam ipse fili-
us Dei locutus est, cum hoc Sacramē-
tum institueret.

Quod autem hodie usitatæ, & rece-
ptæ sunt formulæ, cum pane, in pane,
uel sub pane adest, & exhibetur ue-
rum corpus Christi, fit ad uitandā op-
nionem de transsubstantiatione. Et
uetus est harum particularum, ut rem
declarent, non ut sint fundamenta
caussæ. Fundamenta sunt ipsa uerba

C Filij

Filiū Dei: Hoc est corpus meum. Ne autem iam accedat Trāssubstantiator,
& fingat substantiam panis annihilari,
conuersti, & transsubstantiari in cor-
pus Christi, utimur particulis, In, Sub,
Cum, eadem significatione, & mente,
qua Paulus dicit : Panis est communi-
catio corporis : Vinum seu poculum
est communicatio sanguinis Christi.

Nec nouæ sunt hæ particulæ, sed a Chrysostomo, Augustino, Cyrillo, & alijs usurpatæ, duplice de cauſa, ut uidelicet commentum transsubstantiationis improbaretur, deinde ut uera et substantialis præsentia corporis & sanguinis Domini in cœna Dominica crederetur.

Non unius autem, sed trium istarum particularum usus est ideo, ut simul hoc ostendat, de modo præsentiae nihil curiose esse inquirendum, sed illum commendandum esse omnipotētiæ Dei, & ueritati ac institutioni Christi.

Non igitur locum habet ulla incluſio, uel localitas, ut uocatur. Nequaq̄ deſetur

docetur, tantum nobis dari corpusculum, quantus est panis: Nequaquam etiam docetur, Christum de cœlis descendere in cœnam, & ibi localiter seu in loco cœnæ esse, & nusquam alibi. Sed cum dicitur (in pane) excluditur omnis opinio de absentia corporis & sanguinis Christi, & describitur uera præsentia & exhibitio, seu nouuaria, ut Paulus uocat, cuius præsentię modus cum inquiri neque possit, neque debeat, & præsentia & exhibitio non sit uisibilis uel sensibilis, ideo antiquitas dixit, sub pane, in pane, uel cum pane. Et sic nostri adhuc loquuntur.

Est autem & hoc obseruandum, magnum esse discriminem inter formam, qua Christus ipse usus est, & inter has formas receptas & usitatas. Verba Christi nulla de caussa, nunquam, & nusquam, mutanda, reiicienda, aut omitenda sunt. De formis autem reliquis recte Lutherus monet, si deberent sanitati fidei obesse, & consensum ueræ sententiae turbare, uellemus eas prorsus abijcere, & illam formam retinere,

C 2 qua

qua ipse filius Dei usus est. Ut, si non
aliter dicatur, in, sub, & cum pane cor-
pus Christi nobis dari, quam in literis,
& sigillis census, horti, prata, agri, &
domus nobis dantur, aut sicut cum
clave traditur domus absens, hic om-
nino omittremus istas formulas, pro
quibus quando sit dimicandum quā-
do nō, iam Dei beneficio satis cōstat.

X.

DE ADVERBIIS, V E-
RE, CORPORALITER, SVBSTA-
Ntialiter, realiter &c.

VSa est antiquitas his adverbījs, ad
ostendendum, ipsam substantiam
& naturam corporis & sanguinis Chri-
sti non in signo, nec tantum in effica-
cia, sed uere adesse, exhiberi, & accipi.

Hilarius his formulis utitur : Vere,
Naturaliter, Corporaliter, & per car-
nem.

Cyrillus his : Corporalis unio, par-
ticipatio naturalis, non tantum spiri-
tualiter,

tualiter, sed & corporaliter, secundum carnem, substantialiter, reuera.

Chrysostomus dicit, per corpus se nobis in illo cibo immiscet dicens : **Ac** cipite, manducate. Item re ipsa.

Paschasius : realiter.

Augustinus : inuisibiliter.

Lyra : In sacramento baptismi Christus est secundum uirtutem, in sacramento eucharistiæ secundum substatiam.

Non ergo uoces illæ nouæ, & antiquitati ignotæ sunt, sed a probatis scriptoribus usurpatæ sunt, non ut modum præsentiaæ describerent, nec ut quicquam de carnali & Capernaitica comedione fingerent, sed tantum, ut significarent, corpus Christi in cœna adesse & exhiberi uescientibus non tantum secundum uirtutem, & efficaciā, uerum etiam secundum substantiā, ut Lyra recte loquitur.

Hæ eadem formulæ a nostris eadem de cauſa usurpatæ sunt, & usurpantur, in Confessione Augustana articulo decimo, in Apologia, ubi uerba

C 3 Cyrilli

Cyrilli allegantur, in Repetitione Confessionis, & alibi.

Quod autem Paschasius inquit, corpus Christi non carnaliter adesse in cœna, & Augustinus Christum nunc nō adesse nobis corporali præsentia dicit, loquuntur de naturali & carnali modo præsentiae uisibilis & palpabilis, sic ut Augustinus seipsum sæpe explicat. Christus enim nobiscum non conueneratur, sicut ante mortem conuersatus est in terra, & sicut post resurrectionē usq; ad ascensionem discipulis se conspicendum præbuit, sicut etiam uenient iudicaturus uiuos, & mortuos.

XI.

DE VOCABULO,
κοινωνίας, 1. Cor. 10.

CVm Paulus dicit, poculum esse *κοινωνίαν* sanguinis, & panem esse *κοινωνίαν* corporis Christi, nihil aliud intelligit, nisi duas res in eucharistia esse, panem, & corpus, & cum pane uere & substan-

substantialiter adesse, exhiberi, & acci-
pi uerum corpus Christi. Ideo *κοινωνία*
rectissime uertitur, participatio, qua
scilicet nobis communicatur corpus
Christi, sicut Hilarius ideo uocat sacra
mentum communicatæ carnis, & san-
guinis. Non ergo de fructu tantum, &
efficacia intelligitur in *κοινωνίᾳ*, sed de
substantia corporis Christi, quæ ue-
scentibus cum pane exhibitur, sicut in
institutione dicitur: Hoc quod acci-
pitis, est corpus meum, quod pro uo-
bis traditur.

Et quod Paulus omnino participa-
tionem intelligat, ipse statim declarat
inquiens, omnes ex uno pane *μετέχομεν*
participamus. Nam *κοινωνίων* cum ge-
nituō idem est, quod *μετέχω*. Et *κοι-*
νωνία est participatio, distributio, com-
municatio, & manducatio ueri corpo-
ris Christi. Hanc germanice uerterūt,
die gemeinschafft, quia magis proprium
vocabulum inueniri non potest, quo
uis vocabuli, *κοινωνίας*, exprimi possit.
Lutherus in libello uisitationis sic red-
dedit: Das brod das wir brechen ist der

ansgetheilte leib Christi. Panis, quem
frangimus, est distributum corpus, seu
distributio corporis Christi. Et D. Phi-
lippus in responsione ad articulos Vor-
macienses & Ratisbonenses eodem
modo sic uertit: Das brod das wir bre-
chen ist austheilung des leibs Christi. Pa-
nis, quem frangimus, est distributio
corporis Christi.

Est igitur sententia Pauli hæc: Ve-
scētibus non tantum panis exhibetur,
sed panis est participatio corporis Chri-
sti, talis, sicut in institutione describi-
tur: Hoc, quod accipitis, est corpus
meū. Atq̄ ita de uera sententia hac te-
nus egimus, quæ est, in cœna Domi-
nica aliquid esse, & exhiberi, & iuxta
institutionē Christi accipi, & mandu-
cari, & illud aliquid, esse corpus Chri-
sti, & esse sanguinem Christi, atq̄ ita
proprietatem uerborum institutionis
retinendam, & defendendam esse.

XII.

INTERPRETATIO
NES VARIAE VERBORVM IN
stitutionis, prolatæ a Sacramentarijs.
Sententie

Sententię natę ex uerbis Christi aduersantur Sacramentarij, qui iudicium rationis sequi malunt, quam uocem Christi audire, & Seruetum strenue imitantur, de quo Caluinus scribit, quod interrogatus, cur tam nefarij schismatis autor esset, responsum dederit, quia nequeunt in intellectum meum uenire ea, quæ sub sensum non cadunt. Ludunt autem isti in interpretatione uerborum uarijs modis, & uarietas interpretationis testatur, eam nō ex textu sumtam, sed aliunde allatam esse.

Carlostadius ludit in pronomine, τὸ το, idq; θεοποιῶς ad personā filij Dei refert, astantis, quasi per παρένθεσιν aliud agens, & sese ipsum digito monstrans hæc uerba dixisset.

Zuuinglius ludit in uerbo, εἰς, idq; nō ἐπειπολῶς interpretatur, sed pro significat.

Oecolampadius occupatus est in enarratione uocabuli, Corpus, idq; intelligit τυπικόν, seu figuratum corpus.

Caluinus loquitur de efficacia & ui-

C , gore

gore corporis absentis ad salutem, q[uo]d uocat *vont̄oy* corpus id est, q[uo]d nō ore, sed contēplatione fidei percipi possit.

Nunc si uerba institutionis considerantur, facile hi omnes, quam perperā intelligent, & peruertant institutionē & uoluntatem Christi, agnoscī, & di-
judicari possunt. Lucas refellit Caro-
lostadium, cum inquit : τὸ ποτήριον,
Hoc poculum. Ergo τὸ non ad cor-
pus Christi, sed ad antecedēs, scilicet pa-
nem & uinum, pertinet. Refellit Lu-
cas & Zwinglium, omittēs uerbum,
Est, cum inquit : Hoc poculum no-
uum testamentum in meo sanguine.
Et Paulus : Non dijudicans corpus
Domini. Oecolampodium etiam Lu-
cas refutat, inquiens : Corpus, quod
pro uobis traditur. Non autem typi-
cum, uel phantasticum, sed uerum cor-
pus pro nobis traditū est. Eodem mo-
do Lucas & postremam opinionem
de efficacia corporis absentis ad salu-
tem refutat, inquiens : Corpus, quod
pro uobis traditur. Efficacia autem
corporis absentis pro nobis non est
tradita.

tradita. Et Paulus inquit: Indigne manducantes, iudicium sibi sumunt. Ergo non tantum de efficacia ad salutem, sed omnino de substantia ueritatis corporis & sanguinis Christi uerba accipienda, & credenda sunt.

De his igitur hactenus dictum sit.

NUNC DE PRAESENTIA CORPORA
ris & sanguinis Christi in coena pauca quædam adjicienda sunt, de qua etsi ex his, quæ hactenus dicta sunt, uera sententia colligi potest, tamen ut res tota dilucidius exponatur, consideranda sunt hæc ueluti præcipua capita: PRIMO, Quid sit præsentia. SECUNDO, Quæ sit cauſa efficiens presentię. TERZO, Quomodo præsens esse possit, cum proprietas naturarum retinenda sit, & cum corpus Christi sit in cœlo. QUARTO, Quare & ad quid præsens sit.

I.

Q V I D S I T P R A E
S E N T I A.

Vera

Vera & simplex est sententia, Christum uere & substantialiter praesentē adesse in sua cœna, non tantum iuxta diuinam suam naturam, qua ubi que est, & omnia in omnibus replet, sed iuxta suam humanam naturam, iuxta uerba suæ institutionis: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.

Nec uero hic uel de ubiquitate, uel de localitate dicitur. Nec enim de his disputatione a p̄is facile moueri debet. Sed de institutione Christi sermo est. Christus cum dixerit, adesse corpus suum, & sanguinem, efficit, ut uere assit corpus suum, & sanguis suus. Et alia causa quærenda non est, nisi quia Christus dixit, & quia uerax est, & seruans suæ institutionis, cui qui non credit, iam mendacem Christum facit.

II.

QVAE SIT CAVSSA
EFFICIENS PRAESENTIAE.

Institutionis uerba, quibus Christus dixit, Hoc est corpus meum, hic est sanguis

sanguis meus, faciunt, ut uere & sub-
stantialiter assint corpus, & sanguis
Christi. Veritas Christi ueram præsen-
tiam corporis & sanguinis Christi in
cœna efficit.

Quod autem Sacramentarij caussā
præsentiaſ ascribunt fidei uescientium,
proſus in hoc pugnant cum uerbis in-
stitutionis, & cum uerbis Pauli, qui in-
quit: Indigne manducantes, iudicium
ſibi manducant. Indignos autem fide
carere, manifestum est. Et Christus nō
dixit: Si credideritis, aderit meum cor-
pus, ſed ad omnes Apostolos dixit:
Accipite, edite, hoc eſt corpus meum.
Hæc igitur institutio, & ueritas Chri-
ſti, eſt cauſa efficiens præſentiaſ ueri &
corporis & sanguinis Christi, nec po-
tent ueritas Christi immimui aut labo-
factari ullius creaturæ fide, uel incredu-
litate. Et totius præſentiaſ mysterium
non in hominum fide uel incredulita-
te, ſed in uerbo, ordinatione, ſeu inſti-
tutione Christi fundatum eſt. Hæc pla-
na ſunt, & apud pios & ſimplices ani-
mos, qui querunt gloriam Dei, dispu-
tatione

tatione non egent prolixæ.

III.

QVOMODO CHRISTI
CORPVIS VERE ET SVBSTAN-
tialiter assit in cœna.

PRimum hæc admonitio præmit-
tenda est. Nequaç nostrum est,
perscrutari uelle modum præsentiaæ,
qui omni rationi humanæ ignotus est.
Nec quisquam scire uel debet, uel po-
test amplius, quam filium Dei, qui hanc
cœnam instituit, in administratione
cœnæ, exhibito pane & uino, exhibe-
re suum corpus & sanguinem uescen-
tibus, & esse efficacem in credentibus
ad salutem, in impijs ad pœnas, & ad
damnationem, si non fuerint conuersi.
Hæc scire debemus, & modum com-
mittere omnipotentiaæ, & ueritati filij
Dei Domini nostri Iesu Christi.

Si uero non satis assequimur huma-
na ratione & speculatione illud, quod
nos latet, nō propterea accusemus uer-
bum

bū Deī uel obscuritatis, uel mendacij,
nec conemur illud flectere ad humanas
ratiocinationes. Sumus indigni, quib.
uerbum Deī datum sit, nedum, ut di-
gni simus, qui pro nostro arbitrio sen-
tentias uerbi diuinī ad nostras phanta-
sias detorqueamus.

Sic igitur rejicitur omnis disputatio
de modo præsentie, ut, de conuersione,
transubstantiatione, de mathematica
præsentia, de paruitate, aut magnitudi-
ne, de localitate, & inclusione. Et di-
gnum est memoria dictum Cyrilli : Cū
Deus operatur, non quæramus quo-
modo, sed operis sui uiam ac scientiam
illi soli concedamus. Item, cum hac uo-
ce, quomodo, statim arrogantia ma-
gna significatur.

Hac admonitione præmissa, quid re-
spondendum sit ad obiectionem de re-
tinendis proprietatibus naturarum,
facilius conspici potest. Obiectione illa
est huiusmodi :

Proprietas corporis non est eripien-
da humanae naturæ.

Pro-

Proprietas corporis est esse finitum,
& esse in certo loco.

Ergo sententia de distributione &
manducatione ueri & naturalis corpo-
ris Christi in cœna, non potest esse ue-
ra.

Responsio uera est. Proprietas na-
turarum retinetur tantum in abstra-
cto, ut in scholis nominant. In concre-
to autem, quando de persona sermo
fit, nequaquam diuellitur Christus, sed
intelligit una persona, quatenus Chri-
stus est Deus, & homo.

Cum ergo naturæ diuinæ in Chri-
sto proprium sit, esse omnipotentem,
& ubiqꝫ, & hæc sibi unita humana na-
tura unam personam constituat, sequi-
tur certe, ut, cum de persona sermo ha-
betur, τὰ δὲ φύσεων ἴδια fiant κοινὰ, ut
Theodoreetus recte loquitur. ὃ γένεται
ζῷῳ τὸ θεῖο σάρκα λόγος, στεσύγχυσις ποι-
σμὸς τὸν ἐνώπιον, inquit idem.

Huc pertinet tota doctrina de com-
municatione idiomatum, quæ alibi
traditur, modo in illa hoc omnino ui-
tetur, ne tantummodo uerbalis κοινωνία
τῶν

ꝝ ἴδιωμάτων, & non realis statuatur.
obseruatione etiam dignissima est sen-
tentia: Ioan. 4, quæ uniuersè huic ma-
terię lucem addit magnam. Ea hęc est:
πᾶς πνευμα ὃ λύει τὸ θεὸν ὡς
ἐσιψ: Omnis spiritus, qui soluit Chri-
stum, non est ex Deo. Hanc sententiā
ex ueteribus exemplaribus sublatam
fuisse, Socrates tripart. hist. lib. 14. c.
4. testat, ab illis, qui separare uoluerūt
ab humanitate Christi diuinitatem, &
econtra. Est autem, inquit Socrates,
humanitas diuinitati unita, & hęc non
amplius duo sunt, sed unum, *δύτια στο*
θύο, καλλὰ γῆ, sicut propterea & Maria
uocatur *Θεοτόκη.* Iuxta hanc Iohan-
nī regulam locutī sunt postea proba-
ti & synceriscriptores ecclesiastici. Io-
hannes Maxentius ex Cyrillo sic in-
quit: Si quis in uno Christo diuidit
substantias post unitatem, sola eas so-
cietae connectens, secundum digni-
tatem, aut autoritatem, aut potentiam,
& non magis conuentu ad unitatem
naturalem, anathema sit. Et Gregor.
ad Didonium: Si quis in Christo non

D natu-

naturaliter duarum naturarum unionem factam dixerit, sit uacuus melioris unitonis. Fulgentius ad Traсимundum Regem de Sacramento dominiæ passionis lib. 3. Deus non est confusus homini, sed unitus. Sic in una persona utriusque naturæ permanentis indicia demonstrauit, ut uerus Deus & plenus ueris diuinisque uirtutibus, in homine clareret assumto, & ueritas infirmitatis humanæ uerum planumque hominem monstraret in Deo. Idem : Homo Christus tantam accepit potestatem, ut cum uellet, anima poneret, & cum uellet, denuo resumeret, quantam potuit habere Christi diuinitas potestatem, cui hoc est semper uelle, quod posse.

His recitatis, nunc exempla considerentur, quibus per instantiam obiectio dilui potest. Certum est, naturam tam abhorre a penetratioue dimensionum, quam a multitudine locorum unius corporis eodem tempore. Narrat autem historia Euangeli, Christum ita resurrexisse ex monumento,

ut

ut nec lapis, nec sigillum loco motum
sit, & postea ingressum esse ad discipu-
los clausis ianuis. Ergo proprietas cor-
poris ibi seruata nō est. Nam Christus
quicquid uult, uerbo suo, etiam contra
omnem naturæ ordinem, efficit, qui
& Petrum super mare, quasi super ari-
dam ambulare solo uerbo suo iussit, &
perfecit. Et sic Cyrillus de corpore
Christi iam resuscitati inquit : Nullus
querat, quomodo clausis ianuis corpus
Domini penetrauit, cum intelligat nō
de homine nudo, sed de omnipotente
filio Dei hæc ab Euangelista conscri-
bi. Nam cum Deus uerus sit, rerum na-
turæ non subiacet, quod in ceteris mi-
raculis patuit quoq;. Omnem enim
mentem ac rationem excedunt, quæ
fecit. Quia enim ratione dices ipsum su-
per maria, quasi super aridam ambu-
lasse, cum aquarum natura corporibus
nostris naturaliter non substernatur?
Quod si hanc operationem Christi
percipere nequeas, cur potius ingenij
humani imbecillitatem non accusas?
Cur non seruas silentio datam tibi a

D 2

crea-

creatore mensuram? Hæc Cyrillus.
Item Ambrosius præclare dixit lib. 9.
de his, qui initiantur mysterio. Quid
hic quæris naturæ ordinem in Christi
corpore, cum præter naturam sit ipse
partus ex uirgine?

Est igitur simplex & uera sententia:
Deus agens aliquid extraordinarie, nō
est alligatus ad regulas naturæ, diale-
cticas, physicas, aut mathematicas, ut
testantur omnes articuli fidei. Constat
autem Sacramentum cœnæ Domini-
cæ non esse actionem physicam, sed cœ-
lestem ac diuinam, & ualere non pro-
pter physicas caussas, sed propter ordi-
nationem & institutionem Christi. Ac
sit hoc loco ἐναερισθεντος, ut Basilius
ait, regula Pauli: Taceat mulier in Ec-
clesia, id est, philosophia non transfe-
rat sua principia ad oppugnandos articulos. Nam filius Dei uerax est, &
potest ea præstare, que promisit, inte-
gris & inuiolatis proprietatibus utri-
usq; naturæ. Nec uero ad quemuis lo-
cum, aut rem Christum alligamus, sed
tantum in ea actione adesse dicimus,

ad

ad quam ipse se suo uerbo alligauit.

Sed uociferantur Sacramētarij. Ergo statuitur, Christi corpus esse ubiqꝫ, esse omnipotens, & idem posse, quod Deus ipse?

Respondemus: Simpliciter de humana natura in abstracto non dicitur, corpus esse ubiqꝫ, sed in concreto de persona Christi uere dicitur: Christus est ubiqꝫ, & potest facere, ut corpus suum sit, ubicunqꝫ uult, quia ipse est omnipotens, & est uerax, & seruans suæ institutionis, qua dicit: Hoc est corpus meum. Nec uero disputatio est de ubiquitate, sed de ordinatione, & ueritate Christi.

Quanquam autem regula uera est, Corpus habet se ut corpus, tamen & hec uera est: Vbicūqꝫ Christus est, ibi est ipse uerus Deus & homo. Et nusqꝫ potest cogitari aut ponи Christus, ubi non sit Deus, & homo. Atqꝫ ita de naturali corporis modo, quod ad Christi personam attinet, statui a nobis nihil debet, et si in uno errandum est, malumus errare in plus tribuendo, qꝫ in

D 3 detra-

detrahendo. In colloquio Marburgensi, anno Christi 1529. idem argumentum Oecolampadius Lutherò obiecit :

Christi corpus est in loco, ut Fulgentius lib. 2. de immensitate Dei loquitur.

Ergo est in certo loco, in cœlo, non in cœna.

Respondit Lutherus, Fulgentium non loqui de cœna, sed hoc ita dixisse contra Manichæos & alios hæreticos humanitatem Christi negantes, ut probaret Christum habuisse uerum corpus, quia in loco fuerit, id quod corporis proprium est. Et Fulgentius seipsum explicat cum inquit, corpus & sanguinem Domini offerri, ubi offerendi vox non sumitur figurate, pro memoria ascensionis accipere, ut cum dicitur, hodie est ascensio Domini, id est, memoria ascensionis, sed significat, manducare, bibere &c. Et etiamsi Fulgentius & alij ita sentirent, quod non est, tamen regula obseruanda est: Omnia scripta patrum ad scripturam referenda sunt, & quic-

quicquid cum ea in interpretatione nō
consentit, si commode fieri potest, le-
niendum, uel, si non possit, omnino re-
iiciendum est.

Ex his iam etiam explicari potest,
quid sit, Christum esse πρίγαπόν μω=
υατι, ut Nazianzenus, Theodoretus,
& alij loquuntur, uidelicet, nihil aliud,
nisi Christum habere uerum corpus hu-
manum, quia habet id, quod est πρόσ=
φορόν ἡδιορ φύσεως τῆς ἀνθρωπίας,
ut Theodoretus ait.

Venio nunc ad alteram obiectionē,
quæ est:

Christus ascendit ad cœlos, sedet ad
dexteram patris.

Ergo in cœna præsens non est, sic
ut Caluinus scribit, cuius uerba hæc
sunt: Cum in cœlo quærendum Chri-
stum dicimus, hæc locutio locorum di-
stantiam nobis sonat & exprimit. Ta-
metsi enim philosophice loquendo, su-
pra cœlos locus non est, quia tamen
corpus Christi, ut fert humani corpo-
ris natura, & modus, finitum est, & cœ-
lo & loco continetur, necesse est a no-

bis tanto interullo locorum distare,
quanto cœlum abest a terra.

Responsio plana & uera est. Textus
in symbolo, & alibi de ascensione Chri-
sti in cœlum, loquitur de uisibili ascen-
sione in cœlum post passionem & re-
surrectionem suam, in qua uisibili for-
ma nos ipsum iterum uidebimus ueni-
entem, & iudicantem uiuos & mortu-
os. Sedet autem ad dexteram patris,
non localiter, non physice, non circum-
scriptiue, sed gloriose, pari maiestate et
potentia, & gubernatione.

Et Christus ipse, cum inquit, Ascē-
do ad patrem meum, enarrat, quid in-
telligat, inquiens, Mihi data est omnis
potestas in cœlo, & in terra. Item, Ego
sum uobiscum usq; ad consummationem
seculi. Et eadem huius dicti enarratio
repetitur a Paulo ad Ephes. 1. cui loco
Psalmus 110 prorsus ὁμόληφος est. Atq;
hæc semper fuit enarratio in Ecclesia
usitata, & uera. Et Basilius in opere de
S. S. cap. 6. pag. 251. expressis uerbis in-
quit: ἦ γὰρ οὐεξιον δὲ τὸν πάτερα χώραμεν δηγ-
λοῖ, ἡσά στοτωρ λόγος ἀλλὰ τὸν πρὸς τὸν ισον

χεσιψ, id est, Sedere ad dexteram Dei,
nō est uersari in certo loco, sed par ipo
tentia cū Deo regnare. Cum ergo dicit
Christus sedet ad dexteram patris, hoc
intelligitur, hanc personā, quæ assum-
sit humanam naturam, adesse in arca-
no consilio æterni patris, & esse effica-
cem cum patre, esse regem colligentem
Ecclesiam, defendere & seruare eam.
Et quanquam hæc facit diuina poten-
tia, tamen facit etiam in natura huma-
na, in qua habitat omnis plenitudo di-
uinitatis *σωματικῶς*, & omnino sunt
actiones personæ.

Quod si sessio Christi ad dexteram
Dei de locali, physica, & circumscrip-
tiua sessione aut locatione, intelligen-
da esset, etiam dextera Dei certo loco
fixa esset. Hoc quam nefandum sit, co-
gitent piaæ mentes.

Sed hic rursus nonulli obstreput,
nostram sententiam quidem ueram es-
se de natura diuina, non autem conce-
di de humana natura.

Simplex & plana responsio est, di-
uinam naturam nec descendisse, nec

D 5 ascen-

ascendisse uisibiliter, sed ab omni æternitate sedere ad dexteram æterni patris. Sicut autem humana natura, passa, mortua, & sepulta est, ita, cum resuscitata est, ascendit ad cœlum, & sedet ad dexteram æterni patris. Hanc totam gloriam & dignitatem longe superantem omnium angelorum ἔντιμον, nominat Psalmus 110. exaltationem, quæ non solum immortalitatem, & impensisibilitatem, sed parem potentiam, gloriam, & maiestatem significat. Et hæc doctrina non inanis & philosophicas speculationes de loco, sed salutares & dulcissimas consolationes de regno Christi continet.

Docet etiam nos Paulus, Christum ascendisse super omnes cœlos, id est, in nullo loco certo fixum esse, sed esse uere glorificatum, regnare cum Deo par ipotentia & dignitate.

Quod autem hoc in loco disputat de dicto Damasceni, quod Lombar dus citat lib. 3. dist. 22. (Christus ubique totus est, sed non totum) disputet sane, & rixentur, qui uolunt, & qui simplici et ge-

& genuina sententia acquiescere nolunt. Christus ubiq; totus est, id est, Deus & homo. Nam totus de persona seu de concreto loquitur, de quo & Nazianzenus inquit: πάντα σῶμα νῦν,
εἰ μὴ τὸ προσλαβόντες: ubi enim ille est, qui corpus assumit, ibi etiam corpus est. Totum uero de abstracto, uidelicet de humana natura loquitur. Si enim Christus nudus homo esset, & non esset Deus, non posset esse, ubicunq; & quādocunq; uellet. Sed quia iam totus est, Deus et homo, est, et potest esse, ubicunq; uult. Hæc ad obiectiones respondere breuiter uoluimus.

HIL.

AD QVID PRAESENS

SIT IN COENA.

AD quid Christus in coena præsens sit, ostendunt uerba institutionis: Accipite, edite, bibite, ad mei recordationem, quod uidelicet hoc corpus, q; accipitis, sit pro uobis datum, & hic san-

sanguis, quem bibitis, sit pro uobis effusus ad remissionem peccatorum. Hic duo concurrunt: uera substantia corporis & sanguinis Christi, quae distribuitur, & accipitur: & fructus, seu efficacia, quae in his uerbis comprehenditur: Pro uobis datum, pro uobis effusum &c.

Hactenus de præsentia diximus. NUNC DE POSTREMO, VIDE Licit de manducatione dicendum est, quod hoc ordine commodissime fieri posse censemus. PRIMVM, Quomodo intelligenda sit, manducatio. SECUNDUO, Quotuplex sit manducatio. TERTIO, De manducatione indignorum. QUARTO, Manducationis fructus.

I.

QVOMODO SIT INTELLIGENDA MANDUCATIO.

HAEC controuersia hodie maxima est de illo, quod in cœna adest, quod uescientibus exhibetur, quod ore acci-

accipitur & sumitur, quid nempe hoc sit. Dictum est autem supra, panem retinere naturam & substantiam panis: Et hoc contra papisticam μετασύνομη tenendum est. Deinde dictum est, non tantum panem, sed cum pane Corpus Christi in cœna manducari. Hoc contra Sacramentarios, id est, contra negantes præsentiam & manducationem uerî corporis Christi, tenendum est.

Quærunt autem disputatores, quomodo manducatio sit intelligenda. Putant enim doceri Capernaiticam quandam lanienam carnis Christi, & ingurgitationem cruoris eius. Et caussa est, quia ratio ignorat aliam manducationem, quam illam crassâ & naturalem, sicut canis carnem edit. Est autem hæc sententia de manducatione: Caro Christi in cœna distribuitur, accipitur, & manducatur inuisibiliter & insensibili ter sub uisibili & sensibili elemento painis, nec laniatur, nec dentibus teritur, nec absumitur, non digeritur, non coquitur, non mutatur in carnem & sanguinem, nihil patitur, quia scriptum est:

est: Mors illi amplius non dominabitur. Hæc manducatio sacramentalis nominatur, et fundatur in uerbis Christi dicentis: Edite hoc est corpus meum, bibite, hic est sanguis meus. Nec tamen ab hac manduca^tione sacramentali, quæ fit modo non physico uel naturali, sed supernaturali & cælesti, manducatio naturalis & physica, uidelicet, panis, & uini diuelli potest. Ideo nunc de triplici manduca^tione breuis commonefactio addenda est.

II.

Q V O T V P L E X S I T
M A N D U C A T I O .

C Vm Christus panem sumat, frangat, & porrigat discipulis, & Paulus dicat: Quotiescunque manducabitis panem hunc &c: manifestum est, manduca^tionem naturalem & physicam ponendam esse, non corporis aut sanguinis Christi, sed elementorum, panis & uini. Hæc enim elementa non transsubstan-

substantiatur in corpus & sanguinem Christi, sed naturam suam retinent, digeruntur, coquuntur, & absumentur.

Cum uero non tantum panis manducetur in cœna, sed Christus de pane dicat: Accipite, edite, hoc est corpus meum, ideo manducatio supernaturalis & cœlestis ponenda est, quæ est invisibilis & insensibilis, & tamen ueri & substancialis corporis Christi manducatio, iuxta uerba institutionis Christi.

Et quia promissio addita est uerbis institutionis, qua beneficiorum Christi applicatio fit per fidem, ad uitam & salutem æternam, ideo & spiritualis manducatio locum necessario habet, & ita triplex manducatio pie, & uere ponni potest: manducatio naturalis seu physica, quæ ad elementa uisibilia & sensibilia, panem & uinum pertinet: manducatio sacramentalis, quæ ad uerum corpus, & sanguinem Christi, quæ cum pane exhibetur, & accipitur, & qui cum uino datur, & bibitur, referenda est: & manducatio spiritualis, quæ

quæ tantum est de fructu, & efficacia
salutaris sumptionis intelligenda.

III.

DE MANDVCA TIONE
IN DIGNORVM.

HAEC quæstio non caret grauib.
cauiss. PRIMVM monet, sum-
mum mysterium præsentiae & mandu-
cationis Christi non nisi dignitate aut
merito siue dantis, siue accipientis, sed
sola institutione filij Dei. DE INDE,
accendit seria exercitia pœnitentiae &
fidei in sumptione. Nec enim hæc uerba
Pauli ociosa sunt: Indigne mandu-
cantes manducant sibi iudicium, & rei
sunt corporis & sanguinis Christi.

Nominantur autem indigni *avægiati*,
non Turci, non Iudæi, non alijs, qui alie-
ni sunt a doctrina Christiana, nec de
mure rodente panem dicitur, sed indi-
gni intelliguntur, qui sunt in externa
congregatione Christianorum, seu in
coetu uocatorum, in quo multi sunt
non

non renati, hypocritæ, & impij, ac securi homines, qui tamen externa professione fidei consentiunt. De his igitur quæstio est, quid accipiant, & manducent, quando in Ecclesia Christi iuxta institutionem Christi accedunt ad sacram *συνάξιψ*.

Sacramentarij dicunt, indigne manducantes tantum externa symbola, panem & uinum percipere, cum careant spirituali manducatione.

Ex uerbis uero Pauli, etiam indigne manducantes, accipere cum pane uerum corpus Christi, & bibere cum uino uerum sanguinem Christi, manifestum est. Atq[ue] ita indigne manducantes non priuantur uel naturali elementorum manducatione, uel sacramentali manducatione ueri corporis & sanguinis Christi, idq[ue] ex his rationibus perspicuum est.

PRIMO. Fides non facit Sacramentum, nec constituit uel præsentiam, uel manducationem ueri corporis, & sanguinis Christi, sed institutio Christi facit Sacramentum in usu. Institu-

E tioneis

tionis autem ueritatem non mutat in-
dignitas, & malicia sumentium. Cum
dicat Christus, edite, hoc est corpus me-
um, bibite, hic est sanguis meus, ideo
corpus uere præsens est, & uere man-
ducatur &c.

Fides autem discrimin facit inter
manducantes. Qui digne sumunt, hoc
est, qui credunt in Filium Dei, & ad
Deum conuertuntur, hi non tantum
ore & corporaliter, sed & corde & spi-
ritualiter accipiunt uerum corpus, &
bibunt uerum sanguinem Christi. Qui
uero fide carent, & ad Deum non con-
uertuntur, sed uel hypocritæ, uel impij
& securi sunt, hi tantum ore, seu tan-
tum corporaliter, non autem corde
nec spiritualiter corpus Christi accipi-
unt, & sanguinem Christi bibunt, ide-
oque rei sunt corporis & sanguinis
Christi, & sibi ipsis iudicium mandu-
cant, & bibunt.

SECVNDO, Christus non tantum
ad Petrum, sed etiam ad Iudam prodi-
torem dicit: Hoc (quod do, & quod
accipis) est corpus meum. Ergo Iudas
& alij

& alij indigni æque corpus & sanguinem Christi accipiunt, ac digni, & pijs. Recte enim Augustinus inquit: Iudas proditor, bonum corpus, & Simon magus, bonum baptisma Christi percipit, sed quia bono bene non sunt usi, mali male utendo deleti sunt. Bonum est baptisma, bonum est Christi sanguis, & corpus, bona est lex, sed si quis ea legitime utatur. Quibusdam enim est odor mortis in mortem, quibusdam uero odor uitæ in uitam. Idem: Sicut Iudas, cui bucellā tradidit Dominus, non malum accipiendo, locum in se diabolo præbuit, sic indigne quisquis sumens dominicum Sacramentum, non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia nō ad salutem accepit, nihil acceperit. Corpus enim & sanguis Domini nihilominus erat etiam illis, quibus dicebat Apostolus, qui manducat indigne, iudicium sibi manducat. Idem: Tolerat ipse Dominus Iudam, diabolum suum, furem, & uenditorē, sinit accipere inter innocentes discipulos, q̄ fideles nouerūt preciū nostrum.

E 2 Ter*

TER TIO, In Luca hæc sunt uerba
institutionis: Hoc est corpus meum,
quod pro uobis traditur. Est autem
corpus Christi traditum non tantum
pro credentibus, sed pro toto genere
humano, pijs, & impijs, renatis, & non
renatis, saluandis, & damnandis. Igis-
tur corpus Christi accipitur in coena
tam ab indignis, quam a dignis. Quod
autem non est efficacia eadem, uitium
est in hominum natura et peruersita-
te, sicut tota Euangeli concio est ali-
quibus odor uitæ ad uitam, aliquibus
odor mortis ad mortem, & tamen est
idem Euangelium, in quo uoluntas
Dei saluandi omnes homines reuelat-
ur, & culpa damnationis est in malis-
cia hominum. Sic qui peccant contra
secundum præceptum, abutuntur no-
mine Dei tam uero, quam qui recte eo
dém nomine Dei in inuocatione, &
gratiarum actione utuntur.

Sed obijciunt aliqui: Corpus Chri-
sti etiam pro Turcis & Iudæis, & alijs
etiam alienis a doctrina Christiana, da-
tum est. Ergo de his quoq; dici debet,
quod

quod accipiant uerum corpus Christi.

Respondemus. Sacramentum cœnæ a Christo institutum est ad Ecclesiam suam, seu ad homines, qui sunt in cœtu uocatorum, in quo tamen multi sunt non credentes, hypocritæ, & seculari, Iudas, & Corinthij impij. De hoc igitur cœtu uocatorum dicitur, cum de hoc sacramento cœnæ disseritur. Concio quidem Euangeli omnibus hominibus annuntiat gratiam Dei impetratam per corpus Christi pro genere humano traditum, & sanguinem Christi pro eodem effusum. Sed postea impietate & uitio hominum fit, quod non omnes sunt in cœtu uocatorum. Eligit igitur Deus certam Ecclesiam per uocem Euangeli iuxta suam propitiam uoluntatem. In hac Ecclesia qui iam uiuunt, ad hos pertinet institutio cœnæ dominicæ. Et qui in hoc cœtu uocatorum indigne, ideoq; sibi ad iudicium manducant corpus Christi, & bibunt sanguinem Christi, suamet culpa, sua incredulitate, hypocrisy, & impietate in iudicium incident, sicut Chryso-

stomus pie scripsit inquiens: Sicut cibis corporalis, cum uentrem inuenit a diuersis humoribus occupatum, amplius laedit, magis nocet, nullum praestat auxilium: ita est cibus spiritualis, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis cum perdit non suo, sed accipientis uitio. Et Remigius de hoc dicit: Vae illi, per quem Filius hominis tradetur: Vae, inquit, tradentibus Christum ad crucifigendum, sed uae cum maligna conscientia sumentibus illum, et si non tradant Iudeis crucifigendum, tradunt tamen ipsum membris inimici ad sumendum. Et Cyprianus inquit, uim inferunt corpori, & sanguini Christi.

QUARTO, Paulus inquit: Qui indigne manducant, & bibunt, panem & poculum Domini, rei sunt corporis & sanguinis Christi.

Si indigni uerum corpus & sanguinem Christi non acciperent, quomodo possent rei esse corporis, & sanguinis? quomodo sibi iudicium sumerent?

At inquiunt, Paulus non dicit, Qui indi-

indigne manducat corpus Domini, sed
nominat panem, & calicem. Respon-
demus: Sed quem aut qualem panem
& calicem nominat, nonne talem, de
quo Christus dixit: Hoc est corpus
meum, hic est sanguis meus.

Hæ rationes perspicuæ sunt, & mul-
tas alienas disputationes præcidunt.

III.

M A N D U C A T I O N I S
F R V C T V S.

D E fructu & efficacia dicitur, cum
de applicatione beneficiorum
Christi per fidem agendum est. Et per-
tinet huc spiritualis manducatio, quæ
etiam extra usum cœnæ, sola fide per
uerbum fieri solet, & debet, ut Ioan. 6.
ostenditur. Vetustas hoc tanquam pe-
culiare ascripsit spirituali manducati-
oni in cœna, testimonium uidelicet,
quod Christus in nobis non tantum
spiritualiter, sicut per uerbum & S. san-
ctum, sed etiam corporaliter, seu par-

E 4 ticipa-

ticipatione naturali, ut Cyrillus in-
quit, sit, habitet, & manere uelit, & q
iam uiuam spem de resurrectione no-
strorum corporum, & de salute & ui-
ta ac gloria æterna concipere possi-
mus, & debeamus.

Hactenus tandem breuissime do-
ctrinam de cœna comprehendimus,
& præcipuas quæstiones, quæ hodie
mouentur, attigimus. Et possent, imo
deberent omnia latius declarari, quam
in hac temporis angustia, addo etiam
uirium ingenij & corporis tenuitate fi-
eri potuit. Summam tamen compre-
hendere paucis uoluimus, & ex omni-
bus, quæ diximus, Deo teste, comperi-
mus disputationes & quæstiones in in-
finitum posse diduci, ita ut se ex illis ex-
tricare nemo hominum possit, nisi de-
nuo recurrat ad uerba institutionis,
& ad eorum explicationem quam Pau-
lus tradidit. Hæc uia simplicissima &
utuissima est, & Christo gratissima, &
conscientijs nostris salutaris. Et ut hæc
sententiam in mentibus piorum do-
ctorum confirmet ipse filius Dei Spirि-
tu suo

tu suo sancto, ardenter a nobis omnibus orandus est, ne uidelicet alienis a uerbo filij Dei disputationibus indulgeamus, sed ut infantes & lactentes pēdeamus ab ore et uerbo eius, & semper cogitemus, quanto affectu ad Deum patrem pro nobis omnibus iam accessurus ad sui mactationem, preces fuderit, inquiens: Pa-
ter sanctifica eos in, ue-
ritate sermo tuus est
ueritas.

B. d' Fæ.

E , Basi-

οὐ τρέψαμε, φησί, γίνεται οὐκέτι. τρέψαμεν γὰρ αὐτὸς τὴν σάρκα, καὶ πίνομεν αὐτὸς τὸ αἷμα, κοίνωνοι γινόμενοι οὐκέτι ἐνανθρωπήσεως, καὶ τὸ αὐθιτῆς γῶντος τὸ λόγον, καὶ τὸ σοφίας. σάρκα γε εἰ αἷμα πάσσαν αὐτὸς τὴν μυσικῶν ἐπιδημίαν ἀνόμασε.

Nazianz. ἐσ τῷ ἀγιοῦ πάχκ.

φάγε τὸ σῶμα, πίε τὸ αἷμα, ἢ τῆς γῶντος ἐπιθυμητικῶν ἔχεις.

Epiphan. περὶ πίεως καθολικῆς.
fol. 463.

Βρῶσις μὲν δὲ τοῦ θεοῦ, καὶ δὲ δύναμις εἴμι αὐτῷ ἡσ γωγόνησιμη.

Idem γν̄ τῷ ἀγκυρώτῳ.

δρῶμον ὅπερ εἴλαβεν δὲ χρήσθει ἐσ τὰς χάρεκς αὐτὸς, ὃς εἴχει γν̄ τῷ ἀναγγελίᾳ, ὅπερ ἀνέτη γν̄ τῷ πάπινῳ, καὶ εἴλαβε τάδε. εἰ εὐχαριστήσεις εἰπε, τὸν μὲν δὲ τὸ δέ. καὶ δρῶμον ὅπερ δικίσομε δέξιμ, οὐδὲ ὁμοιομ, δὲ τῇ γν̄ σάρκω ἀκόντιον τῷ

δὲ τὴν ἀσοράτων θεότητι, δὲ τοῖς χαρακτῆροις τῷ
μελῶν. Τὸ μὲν γὰρ οὐδὲ σέρουγγυλοειδὲς, καὶ
ἀναίδετον, ὡς πρὸς τὴν Δίνυαμιν. καὶ οὐθὲ=
λυσειρ χάρειπ ἀπέμη, τὰς τό μοι δεῖ τόστε. καὶ
δεῖταις ἀπίσται τῷ λόγῳ. ὁ γὰρ μή πιεύων εἴη
αὐτὸν ἀληθινὸν, ὡς ἀπέμη, ἐκπίπτει τὸ χάρε=
τθ, καὶ τῆς σωτηρίας. ὅπερ δὲ ἀκόσσωμα καὶ
πιεύσωμαν, πιεύσομεν ὅπερ δέιμη αὐτῷ.

CYRILLVS IN CAP.

XV. IOANNIS. VBI TRACTANTUR
HÆC UERBA, EGO SUM
UITIS UERA, &c.

NON tamen negamus recta nos fi-
de, caritateq; sincera Christo spíri-
tualiter coniungi. Sed nullam nobis
coniunctionis rationem secundum car-
nem cum illo esse, id profecto perne-
gamus, idq; a diuinis scripturis omni-
no alienum dicimus. Quis enim dubi-
tauit Christum etiam sic uitam inde no-
bis acquirimus: Audi Paulum dicens
tem, quia omnes unum corpus sumus
in Christo, quia etsi multi sumus,
unum

unum tamen in eo sumus, omnes enim
uno pane participamus. An fortassis
putat ignorata nobis mystice benedictione
virtutem esse? que cum in nobis fiat,
nonne CORPORALITER quoque fa-
cit communicatione carnis Christi,
Christum in nobis habitare? Cur enim
membra fidelium membra Christi
sunt? nescitis, inquit, quia membra
uestra membra sunt Christi? Membra
igitur Christi, meretricis faciam mem-
bra? absit. Saluator etiam: qui man-
ducat carnem meam, ait, & bibit san-
guinem meum, in me manet & ego in
eo. Vnde considerandum est, non ha-
bitudine solum, quae per charitatem
intelligitur, Christum in nobis esse, ue-
rumentiam & PARTICIPATIONE
NATURALI. Nam quemadmodum si
quis igne liquefactam ceram, alij ceræ
similiter liquefactæ ita miscuerit, ut
unum quid ex utrisque factum videatur:
sic communicatione corporis & san-
guinis Christi ipse in nobis est, & nos
in ipso. Non poterat enim aliter corru-
ptibilis hæc natura corporis ad incor-
ruptio-

ruptibilitatem & uitam traduci, nisi
naturalis uitæ corpus ei coniungere=

CHRYSOSTOMVS
IN CAP. XXVI. MATTHAEI
Homilia LXXXIII.

Vigilandum igitur est, non enim
parvum supplicium indigne com-
municantes expectat. Cogita quanta
indignatione aduersus proditorem, ad
uersus eos qui crucifixerunt ipsum, mo-
uearis: & caue ne tu quoq; corporis
& sanguinis Christi reus efficiaris. Illi
acerbissime trucidarunt, tu post tot
tantaq; beneficia, sordida suscipis om-
nia. Non enim sufficit ipsi hominem
fieri, flagellis interim cædi, sed nos se-
cum in unam, ut ita dicam, massam re-
ducit, nec id fide solum, sed R E I P S A
nos corpus suum efficit. Quia igitur re-
mundiorem esse non oportet eum, qui
hoc sacrificio participaturus est: quos
radios solares non deberet excedere
manus illa, quæ hanc coronam per-
tractat;

tractat? os quod igne impletur spiritali, lingua quae cruentatur hoc admirabili sanguine? Veniat in mentem tibi quod sis honore honoratus, quam mensa fruaris. Ea namque re nos alimur, quam angelii uidentes tremunt, nec absque pauore, propter fulgorem qui inde resilit, aspicere possunt, & nos in una cum illo massam reducimur, Christi corpus unum, & caro una. Quis loquetur potentias Domini? auditas faciet omnes laudes eius? Quis pastor unius membris suis oves suas nutrit? Multae matres post partum, alijs nutricibus infantes dederunt, quod ipse facere non luit, sed proprio corpore nos alit, & si bi coniungit atque conglutinat. Consideremus autem, inquies, licet aperte ad omnes pertineat. Nam si ad naturam nostram descendit, patet quoniam ad omnes: quod si ad omnes, & ad unum quemque profecto. Sed cur non omnes inde lucrum consecuti sunt inquies? Id certe non illius causa, qui maxime hoc optat, accidit: sed eorum culpa, qui eum suscipere nolunt. Singulis non fide-

fidelibus per hoc mysterium se con-
iungit, & quos peperit, non alij nutriē-
dos tradit, sed ipse studiosissime alit.
Hac etiam re tibi persuadens carnem
illum tuam assumisse. Tanta igitur ca-
ritate, atq; honore affecti non torpea-
mus. Non uidetis, quanta infantes ani-
mi alacritate mamillas arripunt? qua
pressione papillis infigunt labia? Non
minore cupiditate nos quoq; ad hanc
mensam & ad huius calicis spiritualem
accedamus papillā, imo maiori deside-
rio quasi lactētes pueri gratiā spiritus
sugamus, unus sit nobis dolor, una
moesticia, si hoc alimēto spiritali prīua-
mur. Nō sunt humanę uirtutis hęc ope-
ra, quæ tunc in illa cœna cōfecit, ipse
nunc quoq; operat, ipse perficit, mi-
nistrorū nos ordinē tenemus: qui
uero hęc sanctificat et trans-
mutat, ipse est.

LIPSIAE
IN OFFICINA ERNESTI
VOEGLINI.

Anno M. D. L X I.

1506805

OCN 89735226







